

Quin potius debitæ gratitudinis ergò obvijs
eam ulnis amplexemur, & studiose no-
stro bono teramus: donec ex hac Schola
ad celestem traducti Academiam Docto-
rem Opt. Max. Jesum Christū ipsum me-
læti audiamus, & æternum celebremus!

DOMINICA II.

Ex Quæst. 1. & 2.

OPTIMA MAXIMA CONSOLA-
tio Christianorum, & ad eandem vera via.

TEXTVS præleg. Rom. 14, 7, 8. & 9.

vers. 7. *Nullus nostrum sibi ipsi vivit, & nul-
lus sibi ipsi moritur:*

versic. 8. *Nam sive vivimus, Domino vivi-
mus: sive morimur Domino morimur. Si-
ve igitur vivamus, sive moriamur, Do-
mini sumus.*

vers. 9. *Ad hoc enim Christus & mortuus
est & resurrexit, & revixit, ut & mortuis
& viventibus dominetur.*

QVÆST. I. Quæ est unica tua consolatio
in vita & in morte?

Resp. *Quod animo pariter & corpore, sive vivam, si-
ve moriar, non meus sed fidissimi Domini &
servatoris mei Jesu Christi sum proprius, qui
pretioso sanguine suo pro omnibus peccatis meis
plenissime satisfaciens, me ab omni potestate Dia-
boli liberavit, meque ita conservat, ut sine vo-
luntate patris mei coelestis, ne pilus quidem de
meo*

meo